

litterarum, eos Iurisconsultos fieri aut Medicos. hoc crimen ne in uobis adherescat cauate, & pergentes quidem, ut cœpistis, in hoc itinere scientiæ Iuris, nolite illa adminicula artium nostrarum quibus à pueris imbuti estis, respicere, neq; fallere spem nostram, quam de eruditione et humanitate uestra concepimus. Huius autem libelli lectionem, si non negligenter usurpaueritis, uobis uberr. fructus allaturam esse confirmo. nam abundat hic doctrina non solum eloquentiæ, sed omnium ferè, quibus animi ad decus & laudem cum præparari tum excitari atq; erigi possunt atq; consueuere. Va-
 lete, Lipsiæ, Id. Iunij anni salu-
 tiferi partus

M. D. XLIIII.